


STUDIES IN MEDIEVAL AND MODERN LATIN. PROF. DR. DARCY CARVALHO. SÃO PAULO. BRAZIL, 2015. LATINITAS LUSITANA. DAMIÃO DE GÓIS (1502-1574).

DAMIANUS A GOES LUSITANUS

COMMENTARII RERUM GESTARUM IN INDIA CITRA GANGEM A LUSITANIS ANNO 1538

AUCTORE DAMIANO A GOES EQUITE LUSITANO

LOVANII EX OFFICINA RUTGERI RESCII ANNO M. D. XXXIX. SOURCE GOOGLE

COMMEN TARII RERVM GESTARVM in India citra Gangem a Lusitanis anno . 1538. autore Damiano a Goes Equite Lusitano.

Louanij ex officina Rutgeri Rescij, An. M.D. XXXIX. Men. Sep.

DAMIANVS A GOES EQVES LVSITANVS
Petro Bembo sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ Cardinali S. P. D.

QVID tibi pro assidua tua in me dignissime Cardinalis humanitate in literis tuis proxime ad me missis, ostensa, referam, huius temporis non est, dabitur aliquando iuxta nostram tenuitatem. Nunc vero mitto id, quod gratum scio tibi fore, historiæq; nobilissimæ Reipub. Venetæ, quam cum maxima tua adfutura gloria, in manibus habes, forsan etiam coaptabile. Quantum delecteris gestis nostrorum Lusitanorum non me fugit, præsertim illis, quæ pro bono sacrosanctæ fidei nostræ geruntur. Id sane quod facis, tanquam bonus fidusq; patricius Venetus facis, non ignorans antiqua nostratium cum vestris foedera, amicitias, et beneficia hinc inde vicissim collata. Vtinam cæteri Christiani homines in tuã sententiam irent, & ex animo magis rebus nostris, q̃ faciunt, fauerent, ac opitularentur. atq; vtinam non opitularentur, modo ne officiant, sed quod Rex, nostriq; cupiũt, ociosos se spectatores prębeant, interim dum nostri cum Mauris Tur-

cisqꝫ strenue depugnant. Cæterum quoniam hæc magis videntur congruere declamationibus, q̃ꝫ epistolis, epistolam hanc, quam ad te scribere nitimur, iãiã aggrediemur, ad eãqꝫ nos oĩno cõferem9.

AGENS Patauij (vbi tua humanitate nulla causa, nulloqꝫ merito interueniente, me totũ tibi deuĩxisti) inter cętera, quę ex Lusitania ad me perferebantur, accepi de bello Cambaico nonnulla, quæ (vt petisti) ex Lusitanica lĩgua in Latinũ sermonẽ conuerti. Postea vero Rex ille Cambaię, de quo tanta, & tam magnifica, & vera in nostra versione legisti, a nostris ob proditionem, quã in Nunium a Cunha Proregem nostrum meditabatur, ex quadã triremi deiectus ante muros Dij, fortissimæ ipsius Cambaiæ regni ciuitatis, a quodam nauta, hasta inter natandum perfossus est. Ex qua cede libere iam diu ipsa ciuitas subiacet imperio nostro, id quod ãtea facere reluctabatur, q̃ꝫ q̃ꝫ in eius faucibus littoris arcem munitissimam habuissemus. Qua re peracta, intercapedine temporis, classis Turcica ad ciuitatẽ appulit, vt nostros expelleret. Quã classem Imperator Turcarũ innumerabilibus sumptibus, ipsius interfecti Regis (vt compertũ est) atqꝫ eiusdem magno adhortatu, in sinu Arabico instrui iusserat, vt ex sequentibus latius intelliges. Iure aũt belli ipse Turcarũ Imperator Cay-

tor Cayrũ, cæterasq; Sultani ꝓuincias (vt nostri) occupauit, atq; vna cũ regno curã, qua ꝑpetuo Sultanus angebatur, suscepit, nẽpe vt Lusitanos õĩ cõtentiõe ex India ꝓfligaret. Ad id materiã ex lõginqs plagis colligi iussit, illãq; sumptu inæstimabili ad mare Rubrũ vehendã curauit. Atq; in Suezij portu eiusdẽ sinus, naues ædificare instruereq; apparat, cuius machinę Architectus quidã Genueñ. erat, huius artis (vt fertur) peritissimus. Habebat etiam multos alios opifices Christianos, quos hinc inde muneribus pellexerat. Cui classi pręfecit quendam Bassam Præpositũ Cayri, nomine Solimanũ, peritissimũ exercitus ducẽ. Classis aũt constabat sexaginta tribus triremib9, quarꝝ vnaquęq; habebat viginti sex transtra, sex magnis rostratis (quas Galleones vocamus) duabus ingentibus onerarijs nauib9, sex biremib9, atq; viginti actuarijs, celocibus q; plurimis. Erat pręterea classis instructa viginti milib9 hominũ, inter quos quatuor milia Genicerorũ, quos Rhomęos etiã appellam9, numerabantur, cęteri milites Turcæ, nautę, atq; bõbardarij erant. Insuper armabatur classis maximo tormentorum numero, inter quæ erant quadraginta, quos basiliscos appellant, qui globum ferreum emittunt nonaginta librarum. Hæc omnia de classis apparatu comperta nostri habuere a quibusdam Turcis, quos in bello ceperant.

Soluit

Soluit hæc ingens, & ad omnem naumachiam ornata classis Suezio, versus Indiam, sub finem Iunij anni millesimi quingētesimi trigesimi octaui, & vi interceptis aliquot mercatorum nauibus, quibus commeatu oneratis, atq; ex eis nonnullis nautis, ad remigium edoctis (reluctãtibus tamen) triremibus concessis, anchoris sublatis, quinto Iulij, Adenam contendit, quæ ciuitas adiacet frœto sinus Arabici, & decimo quinto eiusdem mensis, ad quendam locum aquationi idoneum appulit, quadraginta milibus passuum distãtem ab Adena. Ibidem anchoris fixis, Solimanus Baxa classis præfectus, literas Imperatoris Turcarum de pace ad Regē Adenen. mittit, atq; ex aureo panno talarem vestem, legatisq; in mandatis dedit, Turcarum Imperatorem suũ dominum classem illã ipsi dono mittere, vt eam suo imperio consilijsq; ad omnia parentem gubernaret, seq; ea de causa Indiã petiturum, vt Lusitanos inde excluderet, homines Maomethanę fidei infensissimos, ad quam expeditionē se nihil aliud ab illo postulare, q̃ carnes & ligna. Quippe cæteris rebus atq; commeatibus classis abũde instructa erat. Hæc omnia Rex Adenensis (quanq; Regis tunc nostri Lusitaniæ tributarius esset, cui singulis annis, fœdere percusso ab Hectore a Sylueira, decem milia ducatorum persoluebat) gratissimo animo accepit,

pit, legatisq; respondit, eius aduentum sibi peroptatum esse, cui libere omnia, tum ad classem, tum ad militem necessaria pollicebatur. His spacio septem dierum transactis, Solimanus classem mouere iubet. Vbi vero ad portũ Adenensem peruentum est, inibi sub anchora moram faciens, applaudentibus omnibus, tanquam verus amicus acceptus est. Rex ad eum magnates aliquot mittit, vt aduentui eius gratularentur. Qui ex mandato, Solimano significauere, gratissimum fore Regi, si in terram descenderet, vti ciuitatẽ sibi obtemperantissimã oculis cerneret, vbi pro dignitate atq; officio eũ in sua Regia tractare posset. Ad hęc Solimanus. Dicite inquit Regi, me nõ despicere magnifica eius oblata. Veruntamẽ nausea sentinę, et nauigationis molestia, ita adhuc me affligi, vt ante biduum nihil de me audeam polliceri. at vbi conualuero, recta ad eius amplexum proficiscar. Ita dimissis legatis, mox a tergo sequuntur trecenti milites, prætextu visendæ ciuitatis. Postea Solimanus, vt ad finem telæ, quam mente orsus erat perueniret, familiarem quendam suum ad Regem mittit, indicans se scire militum insolentiam. At quoniam ij trecẽti per ciuitatem uagarẽtur, quos, nisi receptui canere iuberet, ad naues se recipere nõ posse. cui (ita ut insolentissimi erant) nisi uela daret, id quod tũc facere nefas erat, nõ credebat ob-

tempe

tẽperaturos. Sed vt õnibus difficultatibus occurrarẽ, pollicetẽ se mox ad eũ missurum centũ veteranos, quorum autoritate ceteri terreãtur. His Rex, nihil mali suspicãs, corporis sui, atq; Regię custodiam commisit. Sequenti vero die duo milia militũ e classe dissimulata proditione ciuitatem petunt. Qui vbi ciuitatem perspectam, atq; eius fortiora loca explorata haberent, veteranis se adiunxere, quæ res ilico animum Regis perculit. Postero vero die ante diluculum legatum misit maiorib9 copijs instructum, qui Regẽ prætextu amicitię hortaretur, vt cum aliquibus suorum magnatum, Solimanum adhuc ægrotum visat, atq; salutet. Id tametsi periculum, & proditionem ante oculos ponere videbatur, coactus est facere. Itaq; ad Solimanum ducitur, cæteris militum copijs, in ciuitate iam pro præsidio remanentibus. Is igitur prætoria naue ad Solimanum perduct9, regia plane libertate in dicendo vsus est. Dic quæso Solimane, cur me tantum principem, Imperatori tuo, tibiq; deditissimũ, ad te, fraude, technisq;, tanq; maleficum, iussisti captiuum adduci? Cui Solimanus, superbia pręsentis potentiæ elatus, Nõ te pudet, me Proregem potentissimi Turcarum Imperatoris ante ciuitatem tuam stationem facientem, per totum triduum non inuisere? Ad hæc Rex, Si Turcarum Imperator hic adesset, nec ego de-

fuissem officio meo, nec ipse (ita vt est clemens) in me uteretur fraude, calliditate, atq; virulētia, qua tu mecum usus es. Habes me modo in tua potestate, quod sane nō euenisset, si phaleratis verbis tuis me, regnumq; meum non cōmisissem. Est enī Adena ciuitas, quæ hostem armatū aperto marte nō metuit, at a fraude calumniaue quis præcauere posset? Satia te homo priuate, fortunæ casu ad honorem prouecte, sanguine regio, ab Atauis regib9 edito. Peribit modo (uti video) infidelis tyranni iussu, regium fidumq; corpus, attamen uirtus Adenensium, stirpsq; eorum nobilissimorum regū, nunq̄ te viuente peribit. Hac eū libertate vsum, extemplo Solimanus in antēna nauis suspēdio tradi iussit, cui associari fecit quatuor ipsius regni Magnates, qui cum eo ex ciuitate etiam captiui venerāt, hæc inquiēs iussu domini sui propterea facere, quod Lusitanis nō modo essēt confœderati, sed etiam tributū soluerent. Quam gētem ex India, atq; eorū amicos penitus extirpari uolebat. Cęde regis facta, ciuitas admodū opulēta prędæ patuit. cōmeatu deinde accepto, relictis pręsidio duob9 milib9 militū, significās Soliman9 ciuibus, maxime debere ipsos deo gratias agere, q̊d eos liberasset a tyrannide Lusitanorū, vt benigno Turcarū Imperatori inseruirēt, Indiā versus sub finē Iulij uela dare iubet, In qua nauigatione octo

vel decẽ biremes,atq; actuarias naues,propter hy
emis tẽpestates (est enim in illis prouincijs hyems
eo tempore,quo apud nos æstas) amiserunt.qua-
rum pars perijt,pars fluctibus ad littus Indicum,
Mallabarem versus est expulsa,quæ ab aliquibus
nostris nauibus deprehẽsę,partim interceptæ,par
tim euersæ fuerunt.Hæc autem,quę hactenus nar
rauim9 , nostri a quiqusdam Turcis,quos in ipsis
nauib9 viuos ceperunt,intellexere. Est vero Mal-
labar prouincia,in qua sita sunt Regna Calecutij,
Cananorij,& Cochini,et alia.Cui9 litoris regno-
rũq; antiquorum nominum in historia belli Cam
baici(quam,si deo placet,a principio aduentus no
strorum in Indiam,aliquando in lucem sumus da
turi) latiorem narrationem faciem9. Ita igitur na-
uigando, Solimanus cum classe sua, Dium pridie
Nonas Septembris appulit,& cum ad iactum Bõ
bardæ muris se proximum fecisset, exonerari cir-
citer viginti magna tormenta iubet.Nostri par pa
ri referentes , duas triremes Turcarum euertunt.
Qua subita clade consternati, illi pedem retulere,
& ad quendam fluuium sedecim milia passuum di
stantẽ a Dio,cui nomen fabę portus ẽ,se recepere.
Inibiq; expectauere classem atq; militem prouin-
cię Cambaię,quam occisus Rex ad nostros ex Dio
profligandos,ante suam cædem in aduẽtum Tur
carum curauerat parari. Mercatores atq; oppida
ni

ni subito se fugæ mandarunt, ita vt intra biduum ciuitas tota Diū facta sit deserta. Lusitani, qui etiā per ciuitatem vagabantur, in arcem confugerunt. Dux arcis nomine Antonius a Sylueira, vir summo loco nat9, magni aī, ingenijq; (virtute vero & prudētia fratre suo felicis memoriæ Ludouico a Sylueira Comite a Sortelha nō inferior) oīa ad defensionem obsidionis necessaria disponit. Habebat Lusitanos septingentos, inter quos ducenti viri nobiles erant. Nihil deerat defensioni, præter bombardicum pulueren, cuius tantum sexaginta milia pōdo habebat, & tria vasa pulueris manualium (vt vocant) bombardarum. Deerant etiam pro tantis hostium copijs, milites, nisi nostri suorū paucitatē virtute pensauissent. Interea loci, duo duces regni Cābaiæ, Solimano associati sunt, cū quadraginta nauibus, singulis, remige & milite ad dimicandū optime instructis. Ecce adhuc ali9 dux terrestriū copiarū comitatus viginti milibus militū, q vocabat̄ Roget9 Gofarus, nat9 matre Turca, et patre Christiano orto in Xio insula, cuius opificium fuerat rimas nauium obturare. Fuerat hic Rogetus Regi Cambaiæ, dum viueret, dilectissimus. His copijs terrestribus naualibusq; cum Turcis cōiunctis, ilico Solimanus admoueri classem, & ante muros Dij, ad ictū bombardæ figi anchorā iubet, atq; subito ex nauibus quinq; milia militum præmittit, et centū quīquaginta tormēta bellica, inter

quæ viginti miræ magnitudinis erant. quorũ quæq; globũ ferreũ nonagĩta põdo ejiciebãt, et quĩq; alia lapideum globum, septem palmorũ crassitudine. Interĩ dũ tormẽta vehũtur, unũ ĩ litoris arena sub mersũ est, nec amplius apparuit. Cũ primum ĩ terrã descẽdissẽt milites, ilico se exercitui Rogeti adiunxere. Sequenti die nullo adhuc timore territi, sed fiducia multitudĩs elati, nullo ordine seruato prope muros arcis aliquot domos, in quibus adhuc habebãt nostri magnã frumẽtorũ copiã ueniũt deprædatũ. Dux noster Antoni9 a Sylueira cũ eos perspexisset in loco ad cædem faciendã commodo, iussit exonerari tormenta aliquot, directa in eam partem, qua grassabantur. & primo ictu eorũ desiderati sũt vltra centũ & quinquaginta, cæteri subito se ex eo loco receperũt. Extemplo Turcæ cũ Rogeti militibus terreũ aggerem prouoluũt, quæ moles instar mõtis paulatim magis ac magis fossæ arcis admouebatͬ, et sine noxa ulla hostes in proximo sistebat, atq; confestim latissimũ vallum erexerunt. quod tignis bombicisq; sarcinis, quas in ciuitate inuenerunt, suffultum, ab ictibus nostrorum tormentorum asseruabatͬ. Super hoc erectæ sũt turres octo, quibus arx a terrestri pte cĩgebatͬ. has muniuerũt õni genere tormentorũ. & obsidione instructa, uirib9, machinisq; õnib9 adhibitis, arcẽ tũ a stationibus, tũ a naualibus tentare. nostri

ſtri contra defendere. Habebant noſtri citra arcem in ipſa ciuitate turres duas, quarum una in ſcopulis litoris iuxta arcem, altera vero in noua ciuitate quæ Rhomęum appellatur, nomen inditũ a Rhomęis, quaſi Romanis, ita enĩ illi Geniceros uocãt. His enĩ reges Cambaię hãc urbẽ conſtruxere, eãq́ꝫ a veteri urbe muro diſcluſerũt, quo mercatores, aduenæq́ꝫ ibi verſarẽtur, nec oppidani militũ inſolẽtijs inquietarẽtur. Prima turris ſeruabatur quinquaginta militibus. Secũda vero ſexagĩta. Erat vtraq́ꝫ munita omni re, & ad victũ & defenſionẽ neceſſaria. Ab illa nouæ vrbis turri, cui ſexaginta milites præſidio erant, hoſtes laceſſiti, vt illa moleſtia liberarentur, ante eam vallũ extruũt, ac duas turres, quod vt cõmodius facerent, ædes magnificas quaſdã, quæ turri adiacebant, ictibus tormẽtorum dejciũt, atq́ꝫ ſubito turrim, machinis, tormentis, amphoris, & globis igneis petũt. quo certamine turris ab uno latere finditur, atq́ꝫ ruinam minari cœpit, Noſtrorum eo die deſiderati ſunt quinq́ꝫ, ex hoſtibus plures. Sequenti vero die, certamine redintegrato, vi tormẽtorum ictuũ turris in duas partes ita fiſſa eſt, vt ĩoffẽſe tela per mediã turrim euaderent: Qua re ab hoſtibus perſpecta, ſubito præmittunt duo milia ſelectorum militũ, vt turrim expugnarẽt, qui a noſtris non ſine magna eorum clade, & dedecore repulſi ſunt. Dum

hæc

Dum hęc aguntur, tormentis arcis euersę sunt duę hostium triremes. Ex quibus solum tres Turcę natando euaserũt. Tres etiam triremes ita globis pforatæ erant, vt nisi e vestigio alię eis succurrissent, funditus perissent, videntibus adhuc hostibus hos qui turrim seruabant, de defensiõe cogitare, ne ab ipsorũ globis maiorem cladem acciperent, ad eos, legatos de deditione mittũt, eisq; vitã, et bona salua pollicentur. Qua legatione audita, triginta eorũ (labes Lusitanorum sanguinis) se dedidere, qui violata a Turcis fide, in triremes colligati & captiui coniecti sunt. Cęteri uero tanq̃ boni sacrosanctę fidei nostrę propugnatores, repudiata conditione, aliosq; quod se infideliter deseruissent, reprehendentes, dimicãdo (vt viros Lusitanos decebat) multos Turcas interficiendo, omnes ad vnũ occubuere. Dum hæc agerentur, Antonius a Syulueira, celocẽ ad Proregem Indię Nonium a Cunha, expedit, qui tunc temporis Goę agebat (distat enĩ Goa a Dio vltra octingenta milia pass.) In quo statu res essent per literas ostendit, puluerem tormentorum maxime deficere affirmat. Quę celox a naualibus arcis soluta classem hostiũ penetrans, a quibusdã celocibus insectationẽ patitur. Quarũ vna cęteris agilior, & sedecim milibus passuum antecedens nostram contendebat comprehendere. Nostri vero, eam tanta distantia ab reliquis se-
mo-

motam videntes, reflexo cursu recta obuiam tendunt, omnesq; quotquot erant, dimicando interficiunt, excepto vno ex Apulia, qui a fide nostra desciuerat, quem secum captiuum duxerunt, ac celocem perforatam euertunt. Cum Goam appulissent, statim se Prorex ad subsidium componit, celocē remittit, indicās se (deo adiutore) breui forti militum & nauium manu adfuturum, & vt oēm casum (ita vt prudens erat) infortnniumq; praeueniret, quippe totā classem subito parare nequibat, sedecim liburnicę subito, ex arido in mare ducunt, quibus singulis, nobilē & selectū ducē prefecit, & pręter remiges & tormētarios, quindecī triarios milites, vnicuiq; duci tradidit, q̄s oēs multis muneribus affecit, pluraq; ijs, si viui euaderēt, pollicit⁹ est, sin minus, filijs, vxoribus, amicisq; ipsorum, oīa promissa, sancte iurauit conseruaturum esse. Itaq; omnes ilico ad iter compositae, onustaeque solummodo puluere & incendiarijs funibus, quibus flāmas bombardis inijciunt e litoribus soluunt. Pridie vero Nonas Octobris acrius solito Turcae arcem oppugnare, terra mariq; operibus, & machinis vndiq; inuadentes, quę pugna vsq; ad trigesimum eius mensis diem semp magis magisq; recruduit, nihilq; laxamēti datum obsessis, sed noctes & dies continuata oppugnatio est, nec ulla trāsijt dies, qua nō hostes ī arcē exonerauerit trecenties, vel quadringenties sua maiora
bel-

bellica tormenta. Ad hæc singulis diebus nostros extra arcem ad pugnam prouocabant, nostri, quamquam numero multo inferiores erant, virtute tamen eos superare nitebantur, rursus ac rursus per arcis anfractus, ad vallum, & ad eorum turres vsque exilientes, cuniculis eos oppugnabant, plurimos interficientes. Interea temporis ex assidua tormentorum iaculatione, omnes arcis pinnæ turriumque collabuntur, ita vt nostris superne locus non esset, vnde tuto in hostes iacerent lapides, pila, aliaque tela. Postea vero vna ex arce turris ad imum vsque concidit. qua parte cum nullæ munitiones obstarent, hostes omni adhibita diligentia, arcem ingredi viriliter tentabant. Nostri vero repugnantes trabibus, tignis, vallisque vallum pro defensione diruti loci erigunt, propugnaculaque super mœnia instruunt, quibus rebus nostri vtcunque se tuebantur. Hostes vero miris modis contra nitentes, munitiones nostras pessundare, uiribus redintegratis, conabantur, globos, sagittasque igneas in vallum demittentes, ipsi etiam sæpius ad vallum, nostris acriter obsistentibus, peruenere. Quæ oppugnatio singulis diebus bis agebatur, mane, & vesperi. Dux Antonius a sylueira assiduam pertinaciam hostium considerans, super cadauer collapsæ turris tabulatum, pro defensione compactum, iubet erigi. A tergo ilico ignem ex picea materia, aridisque lignis struit, qui magno incendio,

noctu,

noctu, mane, vesperiq; ardebat, interdiu minime incendebatur, quippe ardor solis, & calor combustę materiæ satis per se ingressum hostibus intercludebat. Qui considerantes ignis rapidissimum ardorem, harpagonibus ferreis ad focum contendunt, & omnem materiam, quam nostri alimentis ignis tradebant, eripiebãt. Antonius Dux contra alios harpagonas excogitat, quibus erant longissima hastilia, his Turcarum harpagonas apprehendit. Turcæ igitur videntes se nihil proficere, ab hoc oppugnationis genere desistunt. Nulla fuit dies post turris lapsum, quin ex nostris quinq; sexue ceciderint, præter vulneratos, & ab igne lesos. Ex hostibus (vt postea compertum est) supra ter mille desiderati sunt, vulnerati, & ab igne ambusti q̃plurimi. xiii. Calend. Nouẽb. ante ortũ solis, ecce speculatores nostri magnas scaphas, quas barchas appellant, quę remis agebantur, ante muros turris nostræ, quæ quinquaginta militibus asseruabãt, vt antea diximus, vident, prę terea octo triremes, quæ naues omnes constipatæ erant milite, scalisq; & aliis machinis ad turrim oppugnandã appositis. Dux arcis Antoni9 a Sylueira, subito ab illo latere, cui turris proximior erat, aliquot magna tormenta iussit deportari, inibiq; ducentos Arcubutarios, vt vocant, reposuit. Ex quo loco cum primum hostes turrim oppugnare cœperunt,

C

runt ictibus tormentorum, quatuor scaphæ a nostris euertuntur, atque iaculationibus sclopetorum multi hostium interficiuntur. Milites vero quinquaginta, qui in turre præsidio erant, fortiter resistentes, multos interficiunt, ex quibus vnus tantū desideratus est, duodecim vulnerati. Illo die cum nihil promouissent Turcæ, sequēti fortiore militū manu reuertuntur, constipati triginta tribus scaphis, decem triremibus, & multis machinis oppugnationi accommodis. Milites qui designati erant ad muros turris conscendendos (quorum numerus ingens erat) omnes vestiebantur rubro panno, vt ex cæteris dignoscerentur. Incepto autem prælio, mira arte studioque, turrim conscendere conabantur hostes. Rursus ij, qui ex quinquaginta pro propugnaculo integri adhuc seruabantur, viriliter obstabant, hostes per scalas, quas iam affixas muris habebant, præcipitantes. Preterea nostri, ex arce opportunitate perspecta, tormenta exonerāt, vnamque triremem, & multas scaphas funditus euertunt, ex qua clade ferme omnes scalæ & machinæ dilaceratæ sunt, quæ postea a nostris super aquas fluctuantes receptæ sunt, & in arcem comportatæ. Hostes videntes ob oculos præsentem cladem, mareque sanguine suorum tinctum, atque multos læsos, & igne combustos, exanimati plane a certami

tamine destitere, & de loco pedem retulere. Subito aliquot nostrorum ex arce ad ostiũ, p quod ad mare itur, erumpunt, paruasq; scaphas conscendunt, vt hostium spolia per aquas fluctuantia, exciperent, inter quæ tres milites Turcas, præter alios quos in ipsis aquis iactatos hastis perfoderunt, viuos capiunt. Ex quibus Dux Antonius a Sylueira, nonnulla hostium secreta percepit. Illis duobus diebus interfecti sunt plures q̃ octingenti Turcæ. Ex nostris (Deo gratia) pauci fuerunt vel occisi, vel vulnerati. Interea arx a stationibus Turcarum globis, sagittisq; petebatur. Quorũ valla tam propinqua erant nostris muris, vt de turrib9 in ea sphęras cupasq;, nostri deuoluerint. Triduo a Turris dimicatione, Antonius a Sylueira, videns tempore pomeridiano, ex arcis pinnis hostes, siue ex lassitudine, siue ex ingenti solis ardore, ab opere solito remissiores, quietique se mandantes, subito centum & quinquaginta selectos milites, per fossæ secretiora loca emittit, qui tanta astutia & diligentia vsi sunt, vt ad eorum vsq; castra peruenerint, pluresq; ducentis & sexaginta Turcas inibi occiderint, multosq; spathis, globulis, hastisq; vulneribus affecerint. Denique toto exercitu commoto, & ad vim propulsandam consurgente, in arcem se receperunt.

Perierūt ex nostris inter innumerabilem illā hoīm colluuiem tantum tres, vulnerati fuerunt sex. Eo die inuenta sunt in fossa arcis diuersorum instrumentorū genera, quæ præterita nocte Turcę ibidem reposuere ad muros in sequentem oppugnationem educendos, refodiendosq̧. Qua re perspecta, subito Antonius a Sylueira sub pluteis in ipsā fossam quadraginta Accubutarios producit, qui magnam cladem hostibus exilientibus inferebāt. Itaq̧ illa pars fossæ defendebatur, nec in eam desilire aliquis hostium ad tempus ausus est. Dum hæc aguntur, Dux Antonius a Sylueira videns discrimen, in quo versabatur, ex arcis æstuarijs celocem productam ad Proregem Nonium a Cunha mittit, subsidium implorat, affirmans (ita vt res erat) circiter centum milites iam perijsse, ducentos vero aut vulneratos, aut igne ambustos esse. Quib9 auditis a Gratiano a Naronha, qui. 3. Idus Septēb. in Indiam iā Prorex designatus appulerat, cui Nonius a Cunha iam cesserat loco, nolēs amplius expectare classes, quæ in litore ad regionē tutandā Charmandelij & sinus Persici versabantur, subito aliquibus nauibus, ex eis quas secū ex Lusitania duxerat, quę numero tredecim erāt, & cum illis quas Nonius a Cunha, ante ipsi9 aduentū instruxerat, se ad nauigationē cōponit. Nauiū autem catalogus hic erat, Duodecim magnæ onerariæ, sedecim ro-

stra-

stratæ, quas Galleones vocamus, quarum nonnullæ ingenti forma, & admodum validæ erant, viginti & quinque agiles naues, quas Carauellas dicimus, quo genere nauium soli Lusitani vtuntur. viginti & nouem triremes, habentes vnaquæque viginti & sex transtra, quindecim actuariæ, & viginti celoces, hę omnes ad dimicationem paratæ erant, atque ingēti numero tormentorum instructę. Aderant & aliæ quæ commeatum ferebant. Habebat pręterea pręter nautas & remiges, milites Lusitanos quinquies mille, et nobiles Mallabares, quos Naiares vocant, octies mille in arte gladiatoria versatissimos. Quibus cū copijs, anchoris sublatis, Diū versus nauigare cœpit. Nonius a Cunha postea illinc soluit, in Lusitaniam nauigaturus, in itinere vero, iniquo fato, apud Caput bonę spei diem suū obit. Piscibus, turgidoque mari eius cadauer, qui vltra decennium, Imperium Orientis, nomine Regis sui gesserat, traditur. Quæ mors non illi fuit noxia, quoniam sciebat se ad feliciorem vitam migraturum, sed nobis Lusitanis. Etenim amabatur ab omnibus, & tanque vnus regni oculus deosculabatur. Antequā ex portu solueret Gratianus a Noronha, literas Emanuelis a Brito ducis Chalij, in regno Calequi accipit, quibus significabat aduentasse ad Regem Calecutij, celocem, cum legato Solimani Bassę ducis Turcarum classis, qui a Maome.

methanis in ipso regno agentibus, miris honorib9 fuerat acceptus, præsertim a quodam duce ipsius regis Calecutij Maomethano, noīe Paquemaquaro, qui eū ad regē vsq; comitatus est. In cuius conspectu concisa oratione ita orsus est. Rex inclyte, Solimanus Bassa, a potentissimo, inuictissimoque Turacrum Imperatore Prorex modo super Indos designatus, te plurimum salutere iubet, indicās se hac sola de causa, huc nomine principis sui venturum, vt natione Lusitanorum deleta, si eius insignia, fidemq; suscipere velis, te regnaq; tua ampliora, validioraq; facturum. Hæc locutus, ei nomine Turcarum Imperatoris talarem ex aureo pāno vestem, Brachas, atq; pileum in signum fœderis offert. Tunc Rex toruo, truculentoq; aspectu, inquit, nec moris, nec consuetudenis Imperatorum Calecutij (vocant enim antiquitus se Reges Calecutij Imperatores) fuit, nec erit, dona accipere, sed dare, nec regna sua peregrinis copijs dilatare, sed proprijs, atq; expulsos Reges, regnis suis restituere. Proinde, nobilitatem astantem respiciens, Vos hunc proripite, eumq; cum duce Paquemaquaro, præcipitē in ergastulū ꝓtrudite, vnbiq; stulticiæ, supbiæq; sui Imperatoris, & ducis pœnas luant. Quibus peractis, ilico Rex legatos ad Ducem Emanuelem a Brito mittit, per quos pacem, quam frequenter antea violauerat, petit, eamq; se sanctissime deinceps culturū promittit, quam impetratā
per

per omnes suæ ditiōis ciuitates promulgari iubet. Quę res omnibus nostris & grata, & perutilis fuit, prę sertim tēpore tā dubio, in quo ab ipso, vt a vicino & potente hoste, potius erāt expectāda incommoda, q̄ emolumenta. Est autem iste potens Calecutij Rex nobis persępe infestus, raro atq; tenuiter amicus, idq; adeo propter infractam amicitiā inter nos, & Regem Cochini (psius antiquū hostem) a primis annis, ex quo nostri Indiam incęperūt frequentare, initam. Est vero Cochinum oppidum, vnde totum regnum nomen capit, in q̄ Proreges Lusitaniæ Regis, diuturniorem sedē habent, & inibi omnes naues in Lusitaniam, siue in alias prouincias proficiscentes instruūtur. Hic igit̄ Rex Cochini, cum primum aduentum Turcarū in Indiam intellexit, omnes sui regni nobiles, quos Naiares vocant, ad se accersi iubet. Quibus cōgregatis, oēs in vnū eorū sacratius tēplum (qd' Pagodes nomināt) venire edicit, ibi veterē, fidāq; Lusitanorū amicitiā in mentē eis redigit, cōmoda q; nō tantū ab ipso peculiariter, sed a toto q̄q; regno accepta, enumerat. Cōcioneq; facta oēs ad vnū vsq; generatim, iureiurando, man9 sup quoddā Idolū (qd' pro summo numine habent) ponentes, se vnanimiter, sancteq; Lusitanis inseruire, paratos esse affirmant. Qua fide a rege perspecta, illis totius regni æraria communicaturum se pollicetur. Idemque & pari modo fecit Rex Cananori.

Hostes

Hostes vero qui arcem Diensem oppugnabant, videntes se nihil proficere, omni adhibita diligentia, alia ratione, alijsue studijs, eandem expugnare cōtendunt, aggerem producunt, & vallum asserib9, tignisq;, quoquo versus uestitum, tantæ altitudinis constituūt, vti ex eo facile erat intus prospicere, & quę nostri agerēt, speculari. Hoc, quo illesum aduersus ignem tormentaq; existeret, omni genere materiæ cōmunierunt. Addunt pontes, aliasq; machinas, quibus in arcem descenderent. Hæc oīa a nostris, quatenus fieri dabatur, perturbabantur. Tandē tertio Cal. Nouēb. Turcæ videntes ex oī certamine cōtinuam sibi cladem illatam, quasi desperatione deducti, ad extremam pugnam penitus se componunt. In cuius diei nocte de secunda vigilia, a nostris, pręter solitum, gressus, rumor, & hominum e castris ad vallum accedentium, continui aditus audiuntur. Quod vbi animaduersum est, magnis ignibus factis, prospiciunt ex arce ingētia mancipiorum agmina scalas machinasq; comportare. Quæ omnia ad radices murorum, tacito susurro, humi reclinata deponebant. Quæ insolita signa satis indicabāt acriorem solito, dimicationē sperandam esse. Quibus rebus perculsus Antoni9 a Sylueira, milites omnes cōuocat, quibus fidem, natiuum solum, Regem, vxores, filios, parētes, amicos, patrię longinquitatem, atq; Turcarum pfi

diam,

qui ad id venit, in manibus tradũt. Is ſtatim Cayrum contendit. quo ubi uentum eſt, Patriarchæ Alexandrino, qui ibi ſemper ſedes habet, creationem illã legendam porrigit, Cognito autem, quẽ ex Alexandrinis delegerunt, uirum tantis honoribus deſtinatum, cum legato in AEthiopiam mittit, qui ex ueteri inſtituto Monachus ordinis diui Antonij eremitę debet eſſe, cum quo in AEthiopiã confeſtim nuncius proficiſcitur. ubi cum magno gaudio, & honore ab omnibus excipitur. In quo negotio aliquando annus unus, & alter trãſigitur, interimque Præcioſus Ioannes de prouentibus ipſius Patriarchę pro libitu diſpenſat. Pręcipuum aũt Patriarchæ officium eſt, ſacros ordines dare, quos nemo, ipſo excepto, aut dare, aut auferre poteſt. Cæterum nullum Epiſcopatum, aut Eccleſiæ beneficium in vllos confert. id ſolum ad Precioſum Ioãnem ſpectat, qui omnia pro ſuo arbitrio diſpenſat. Mortuoque Patriarcha, cuius ditiones, ac prouentus ampliſſimi ſunt ex ſolido omnium illius bonorum fit hæres. Eſt præterea Patriarchę munus, excommunicationibus aduerſus contumaces procedere, quarum tam arcta obſeruatio eſt; vt præuaricatori pœnæ perpetuæ inediæ vſque ad mortem infligatur. Indulgentias nullas dat, neq; concedit. Nec pro vllo delicto, quantũ-

cunq; magno, cuiquam sacramenta Ecclesię interdicuntur, nisi tantum propter homicidia. Ipsum nomen patriarchatus, nostro idiomate Abunna dicitur. Cæterum qui nunc hoc solium tenet, proprio nomine, quod ex baptismate accepit, Marcus vocatur, vir centum annorum, aut vltra. Sciendum etiam apud nos Calendis Septembribus annum incipere, qui dies semper incidit, in vigiliam Ioannis Baptistæ. Reliqui dies festi, vt Natalis D. Paschę, aliique deinceps eodem tempore, apud nos celebrantur, quo in Ecclesia Romana. Id quoq; dissimulanter prætereundum non est, apud nos diuum Philippum Apostolum, Euangelium & fidem Seruatoris Christi prædicasse. Quod si libeat sciscitari de agnomine nostri Imperatoris, is sibi persuasum habeat, illum perpetuo appellari Præciosum Ioannem, & non Presbyterum Ioannem, vt hic falso passim iactatã. Scribitur enim nostro sermone his characteribus ዮሐን ፡ ብእል ፡ qđ sonat Ioannes Belul, hoc est, Ioãnes Preciosus, siue Alt9, et ī Chaldaica lingua sic scribitã ዮሐን ፡ እንቆ quod est Ioannes Encoe, id si interpreteris, etiam Ioannis Præciosi, siue Alti significatum habet, nec est nominandus, vt Matthęus falso indicauit, Imperator Abesynorum, sed Aethiopum. Matthęus enim

enim, quoniam Armenius erat, non poterat res nostras perspicue scire, præsertim eas, quæ ad fidem spectabant. Icciirco multa coram prudentissimo felicis memoriæ Rege Emanuele exposuit, quæ minime apud nos habentur. Id autẽ fecit nõ quod mentiri voluerit, quippe vir bonus erat, sed quod in rebus religionis nostræ non admodum erat edoctus.

Regnorum autem & Imperij successio, non in filium maximum natu transmittitur, sed ad eum, in quem pater id conferre vult. Et is qui modo Imperium tenet, ordine nascendi tercius est, quod pia quadam reuerentia emeruit. cum enim filij a patre moribundo, in regijs solijs sedere iuberentur, cęteris id facientibus, solus id facere recusauit, absit, inquit, id mihi tribui, ut in cathedra domini mei sedeã. Qua pietate a patre circumspecta, ei regna ac imperium tradidit. vocatur is autem Dauid. Cui⁹ imperij ditiones tam Christianorum, q̃ Ethnicorum miræ amplitudinis sunt. In quibus multi Reges, & reguli, comites, barones, ac proceres, multaq; nobilitas inest, ad eius mandata obtemperãtissima. In cui⁹ omnibus ditionibus, nulla pręter peregrinam habetur moneta. Aurũ vero, & argentũ põdere datur, ac accipit̃. Oppida & ciuitates apud nos permultæ sunt, sed nõ tales, quales hic in Lusi

tania videmus, id magna ex parte inde venit, quod Preciosus Ioannes semper in castris, & tentorijs versetur. Quæ consuetudo ideo recepta est, vt Nobilitas continue, & perpetue, se in rebus militaribus exerceat. Nec illud prætereundum videtur, nos ab omnibus lateribus circundatos esse, ab hostibus nostræ fidei, cum quibus crebro confligimus, semper secundo Marte vsi, quas victorias numinis auxilio imputamus.

Ius autem scriptum, apud nos in vsu non habetur, nec litigantium querelæ libellis, sed ore peraguntur, id fit ne lites auaricia iudicum, & patronorum, in longum protrahantur.

Id quoque admonitione dignum videtur, Matthęum non fuisse ab Imperatore nostro Dauide missum, ad inuictissimum, potentissimumque Regem Emanuelem, felicis memoriæ, sed ab Regina Helena vxore Imperatoris, cognomento Manus Marię, qui huius Dauidis, de quo loquimur, auus fuit, quæ tunc temporis ob tenellam Dauidis ętatem, regnorum gubernacula administrabat, mulier haud dubie prudentissima, & sanctissima. Eadē ista Helena duos composuit libros sermone Chaldaico, vt erat doctissima. Quorum vnus dicitur Enzera Chebaa, id est, Laudate Deum in organis, in quo de trinitate doctissime disputat, & de ma-

tris

tris Christi Mariæ virginitate. Alter vocat Chedale Chaay, hoc est, Radius solis, in quo acutissime de lege Dei disceptationes habet.

Omnia hæc de fide, religione, ac patriæ nostræ statu, ego Zaga Zabo, quod gratia patris interpretatur, Episcopus, & sacerdos, ac Bugana Raz, nẽpe miles, ac Prorex prouinciæ, quæ Bugana dicit, nec tibi in Christo filiolo meo charissimo Damiano petẽti, nec vlli homini talia flagitanti denegare potui, aut negare licuit duabus de causis. quarũ prior est, quod in mandatis habeo a potentissimo domino meo Precioso Ioanne Aethiopum Imperatore, omnibus me interrogantibus de fide, religione, ac prouincia nostra, ne quid clam haberem, sed ex fide veritatem rerum, scriptis, & verbis exponerem. Secunda quod operæ precium existimarẽ, mores, ritus, instituta nostra, & locorũ situs in publicam notitiã venire. Quas res nemini ad hunc vsque diem scripsi, nec verbis exposui, non quod ad id laboribus meis parcere vellem, sed quod nullus Christianorum hominum, postquam in Lusitaniam veni, a me talia cognoscere appetiuit. De qua re non potui, nec possum satis mirari. Te vero quem rerũ nostrarum cupientissimum multis argumẽtis iudico, per Christi plagas, ac crucem oro, vt hanc nostram fidei, ac religionis confessionem, in linguam

Lati

Latinam conuertas, vt per te liceat omnibus pijs Europæis Christianis, ritus, ac integritatem morum nostrorum intelligere.

Porro si tibi inter tuas peregrinationes Romam petere contingat, tūc nomine meo Pontificem, ac venerandos Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, cæterosque bonos Christi cultores, per Iesum Christum, in osculo pacis salutes, petasque ab ipso Pontifice, vt ad me remittat Franciscum Aluarez, litteris illis suis instructum, quibus Domino meo potentissimo AEthiopum Imperatori respondeat, quo tandem in patriam redeam, meosque lares inuisam, nimium enim diu hic detentus fui, vt ante obitum meum, qui ex nimio senio, pro foribus est, mandata perferam. reliquias deinde vitę, transacta hac legatione Deo consecrem, diuinisque rebus totus vacem. Cęterum te oro, si aliqua in nostris scriptis non fuerint satis composita, aut ordinata, vt ipse tu id ad phrasim latinam coaptes, sed ita, vt nihil de sensu immutes. Postremo te obsecro, vt inter vertēdum exquiras diligenter, vetus, & nouum testamentum, vt intelligas ex quibus locis meas autoritates excerpsi, quo certius vertas. Quod si omnia non fuerint tam feliciter tractata, q̃ forsitan aliquis curiosus, aut scrupulosus exigat, id condonandum

erit

uerit inopiæ, & penuriæ librorum Chaldęorum, quos penes me non habeo, quos enim habui, iniquitas fortunę in itinere perdidit. Quamobrem destitutus omnium librorum auxilio, nihil, nisi quod recēs memoria adferebat, dictare potui, sed ea omnia certissima fide. Vale filiole in Christo dilectissime. Vlyssippone, vigesimo quarto Aprilis, Anno salutis nostræ millesimo, quingentesimo, trigesimoquarto.

Postquam hæc omnia scripsi, venit mihi in mentem locus ille, vbi dico Christum descendisse ad inferos, pro anima Adæ, atque pro anima ipsiusmet Christi, quam ipse Christus acceperat ex sancta Maria virgine matre sua. De qua re habemus testimonium verissimum, in libris, quos regiminis vocamus, quos Christus Iesus Seruator noster Apostolis tradidit, in qb9 habent̄ hęc verba, quę mysteria doctrinarū appellantur. Quorū autoritate, & testimonio, omnes sine vlla hesitatione, in hac sententia versamur. Ego tamen postq̄ in Lusitaniam veni, depręhendi Theologos diuersa tradere, contra nostrum omnium opinionem, quæ tam certa est, vt non hoc solum, sed etiā omnium hominū animas, ab Adam ꝓfluxisse asseramus, & vt caro nostra est ex seminio carnis Adę, ita q̄ꝗ anima nrā, quasi lucerna in aīa Adę accen-
sa,

ſa originem ſuam, & naturam ex Adam trahit. Ex quo apparet nos omnes ſemen eſſe Adæ ex carne & anima.

Hiſce characteribus, manu propria ipſius Oratoris omnia ſupra ſcripta, ſubſignata erant.

✠

ብጕዩ ፡ ራእስ ፡ ሊቀ ፡ ካህናት ፡ ጸጋ ፡ ዘአብ ፡
ቃል ፡ ሐዋ ፡ ዘንጉሥ ፡ ብሉል ፡ ሐዋ ፡ ልብነ ፡
ድንግል ፡